



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.24. Homiliae S. Antiochi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

culari habitu Monachorum Institutum Sæculum VII  
explebat. Nam quoties negotiis se sur- A.C. 619.  
ripere poterat, ad Monasterium Agalien-  
se convolans, remota Clientum fæculi-  
que pompa, Monachorum turmis junge-  
batur, & laborantes adjuvans stipularum  
fasciculos ad clibanum deportabat. Tan-  
dem relicto Mundo sanctam Congrega-  
tionem adiit, cuius Abbas fuit, eamque  
non tantum sancte rexit, sed etiam di-  
vitiis cumulavit. Ex Monasterio jam  
annis gravis & invitus ad regendam Ec-  
clesiam Toletanam post obitum Ausarii,  
qui Adelphio successerat, evocatur. Huic  
Sedi impositus est Sisebuto Rege circa  
annum 614. & annis octodecim usque  
ad annum 632. sedit. Episcopus majora  
virtutum exempla quam Monachus de-  
dit, & in primis Charitate in pauperes  
enituit. At scribere renuit, satius esse  
ratus, si oves sibi commissas suis operi-  
bus & exemplo informaret.

*Id. c. 5.*

## §. XXIV.

*Homilie S. Antiochi.*

Interim in Oriente Monasteria bello Per- *Theoph.an.*  
sico turbabantur. Cum anno 619. He- *10. p. 53. ep.*  
raclii decimo Ancyram Galatiæ Caput *Antiochi*  
occupassent Persæ, unde Monasterium *to. 10.*  
Attalinense haud procul aberat, Mona- *Auct. Bibl.*  
chi cum Abate suo Eustathio ex illa Re- *PP. p. 1021.*  
gione migrare, & Sedem sæpe mutare  
*coacti*

Sæculum VII coacti sunt, ne in manus Infidelium in-  
A. C. 619. ciderent; quia vero in his peregrinatio-  
nibus multos libros circumferre non po-  
terant, Eustathius Abbas datis ad Antio-  
chum Lauræ S. Sabæ in Palæstina Mona-  
chum litteris petiit, ut sibi totius S. Scri-  
pturæ Compendium componeret, quod  
in uno Volumine portatu facili omnia  
ad Salutem necessaria contineret. Si-  
mul rogavit, ut rei veritatem de morte  
& virtutibus Monachorum ejusdem Lau-  
ræ, crudelitate Arabum ante quinque-  
nium occisorum, sibi perscriberet. An-  
tiochus Eustathii Abbatis precibus satis-  
fecit, edito Doctrinæ Moralis ex S. Scri-  
ptura excerptæ Compendio, in centum  
triginta Capita seu Homiliae diviso, &  
præfixa Epistola, in qua quadraginta qua-  
tuor Monachorum Fratrum suorum Mar-  
tyrium, ut supra retuli, enarrat.

*Sup. n. 10.*

*p. 1245. Ni-* In ultimo Capite Hæretorum a Si-  
*ceph. XVIII* mone Mago usque ad suam ætatem Ca-  
*hif. c. 52.* talogum texit, & postremo Severianos  
*Demet. Cyr.* & Jacobitas ponit. Hi nomen nacti e.  
*to. 2. Audt.* Bibl. PP. p. rant a quodam Jacobo cognomento Zan-  
*202. Bibl.* zalo seu Bardai in Syria Monacho & Se-  
*Orient. p.* veri Discipulo, qui Hæresin Eutychis in  
*469. Antioch.* Mesopotamia & Armenia docuit, & ex-  
*p. 1244.* inde in Syria Melchitæ dicti sunt Catho-  
lici, qui Concilium Calcedonense reci-  
piebant; istud vero nominis idem signi-  
ficat ac Regii seu Cæfarei, quia nempe  
Catho-

Catholici Religionem Imperatoris tene- Sæculum VII  
bant. Antiochus cujusdam Athanasii A. C. 619.  
Jacobitæ, Sedem Antiochenam invade-  
re molientis, facit mentionem. In fine  
Operis subjungitur longa Oratio ad  
Deum placandum, & obtinendum auxi-  
lium, quo Christiani loca Sancta recupe-  
rarent. In Epistola ad Eustathium Abba-  
tem Antiochus narrat, quid sibi & aliis  
Monachis Fratribus suis, ex quo Arabes  
irrupissent, acciderit, utque duobus an-  
nis in Monasterio S. Anastasii prope Je-  
rosolymam versati fuerint; tunc autem,  
subjungit, *S. Abbas Modestus nobis Au-  
tor fuit, ut ad Lauram, vetus nostrum  
habitaculum rediremus.* Non nulli mo-  
menti obtemperarunt, alii remanserunt  
in Monasterio S. Anastasii sub Regimine  
*S. Abbatis Justini,* qui antea multis an-  
nis in Laura commoratus, deinde ob præ-  
clara vitæ merita Presbyter ordinatus  
multis Monachis in illo Asceterio congre-  
gatis Statuta in Laura observari solita-  
cūstodiri curabat, unde in nullo alio Pa-  
lastinæ Monasterio Disciplinæ Regularis  
vigor melius conservabatur.

*Sup.n.IQ.*

*p. 1023.*

### §. XXV.

#### *S. Anastasius Persa.*

In illo Monasterio tunc degebatur Persa  
juvenis Neophytus. Is Magundatus  
vocabatur, natus in Provincia Razecheni,  
filius